Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26104
Copyright: Admont, Benediktinerstift



319

ista debita. Nemini quicq. debeatis. nisi ut inuicem diligatis. Hoc igitur debetis debitum reddere. Estote quod nunc fuistis. habete karitatem. misericordiam. mansuetudinem. Cetere uirtutes subsequentur. ut sit libratam mens uiua. et mensurata. Quia carni uiuunt. dum placere non possit. Qui plus diligit carnem suam. quam creatorem carnis suae. male uiuunt. Viuite cum deo. ambulate cum deo. obtemperate deo. Seruite domino in timore. et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam ne quando irascatur dominus. et peatis de uia iusta. Tunc ut uita nostra infelix. misera. quotidie ad nihilum esse tendit. maxime quia dies exitus nostri occultatur ab omnibus. Non omnium nascitur. crescere et senescere. Sed dum occultantur dies nostri ut uiuamus cauti. solliciti. ne subito occurrat mors incerta. et praeoccupent peccata. et praeueniat ad penam. Tempus curationis. tempus correctionis. et recipiendae salutis. Nullus sedeat non curatus. nullus remaneat uulneratus. Si dolent facinora. currite ad medicum. Si agnoscitis quae fecistis. celebrate confessionem. Si rubescitis deprauitis. ut dicatur uobis ab apostolo. Quem enim fructum tunc habuistis. in quibus nunc erubescitis. Finis peccatorum mors. Nos uero in nomine xpi libati a peccato. seruiamus facti deo. habentes fructum nostrum in sanctificatione. finem uero uitam aeternam. Beata uita quae uiuit. ut tale limitem inueniat. tale portum acquirat. tale ciuitatis ingrediatur portam. ut ibi iam non peregrinus. sed ciuis gaudeat. Ibi iam non pugnae praecedunt aerumnae. et bella. sed tantummodo uictoria cum palma recipitur. Haec ciuitas tu